

Ala Sanctidad de Nro Señor

El Conde de Monterey en la causa  
de la Uniss<sup>a</sup> Concepcion



Lor

La Magistrad Católica

infidel Reg. catholic memorial. s. alos Nro  
vulnus in pietatis  
infallibiliter  
in monte rex  
legatus a  
le abriapedito.

Monte negro 71

35 31

doctores, quos Patres Dominicani pro sua citant opinione, dicentes eos  
expresse asserere B. Virginem fuisse in peccato originali con-  
certam. Citantur precipue à Vincentio Bandello in  
utroq libro de Conceptione à Petro de Pin-  
centia in compendio Bandelli Paulus  
Grisaldo in decisionibus fidei et  
Caietano in opusculo de  
Conceptione. - 6 - 1-6

S. Augustinus

P. citant S. Augustinum super psalm. 34. ubi habet verba; Adam est mortuus  
propter peccatum Maria ex Adam mortua est propter peccatum. Caro autem  
Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata

Responso

1. Hic locus non est expressus; nege enim dicit Mariam contraxisse originales peccatum  
sed solum Mariam mortuam propter peccatum, non quidem suum, sed Adae. Et  
id colligitur ex contextu. Et ulterius confirmatur ex pluribus Codicibus tam  
manuscriptis quam excutis, in quibus ita habetur, Maria ex Adam mortua  
est propter peccatum Adae. Ita legitur in impressione Veneta anno 1570.  
Item Lugdunen. 1561. et alijs

2.

Idem

2. Q. Cx Genesi ad litteram lib. x. c. 18. Prinde corpus Christi, quamvis ex carne  
femina assumptum sit, quo de illa carnis peccati propagatione concepta fuerat  
tamen quia non sic in ea conceptum fuit, quomodo fuerat illa concepta,  
ideo ipsum non fuit caro peccati, sed similitudo carnis peccati.

Responso.



2. Hic locus non est expressus, quia nullibi mentio fit de peccato originali B. Virg.  
sed loquitur tantummodo de carne, ut ex iphis verbis et contextu constat.

V  
¶ Nec ipse locus fideliter refertur, ita enim habet S. Augustinus Propter corpus Christi, quamvis ex carne femina assumptum est quod de illa peccati propagine concepta fuerat; tamen quia non sic in ea conceptum quomodo fuerat illa concepta, nec ipsa erat caro peccati, sed similitudo carnati. Impressio Antwerpensis anno 1576.

Idem.

3. Ex libro 2º de Baptismo parvulorum cap. 24. solus ille homo factus Deus, peccatum nullum habuit nec sumpsit carnem peccati, qd de materna carne peccati.

Responsio.

3º Neque hic locus est expressus; loquitur enim ut apparet ex contextu carne seu natura in communis correctissimi codicis Louaniensis, franciensis, et Parisiensis, qui ita habent, quamvis de natura carnis

Cx 5<sup>o</sup> Ambrosio

4. Citatur in Psalm. 118. sub his verbis; Nemo hominum sine peccato factus Dominus Iesus, quem non cognoscentem peccatum sacrificium pro nobis Pater, uenit enim Dominus Iesus in carne, quod peccato fuerat obnoxia, militiam uirtutis exercuit.

Responsio

4. Hic locus corruptus est, ita enim posteriorem partem habet. Amb. Venit Iesus, et in carne peccato obnoxia, militiam celestis uirtutis exercuit terèa ex contextu clare uidetur eum loqui de peccatis ualibus, nec uero quidem feine de origine, sed loqui absolute de carne totius generis.  
Impressio Rom. anno 1585.

S. Ambrosius

¶ Citant Bandellus, et Petrus de Vincentio Ambrosium in epistola ad Romanos, Moxit inquit, filius, Deus filium suum in similitudinem

peccati, quia cum eadem sit caro Christi secundum Substantiam, sicut caro nostra non tamen ita nata est in utero, sicut caro nostra. Est enim sanctificata, et nata in utero sine peccato, et etiam ipse in illa nunquam peccauit. Deo enim Virginalis uterus electus est ad conceptum Dominicum, ut in Sanctitate differet caro dominica a carne nostra proprie<sup>t</sup>a ergo similem dixit, quia de eadem Substantia carnis venies, sed in eadem qualitate peccati concepta non fuit. Expiata est caro Domini ex spiritu sancto in Virgine, ut in tali corpore nasceretur, quale fuit corpus Adae ante peccatum.

### Responso

Hic locus nec expressus est nec fideliter relatus, immo in pluribus uitiosus. Ita enim haberetur in textu. Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Hoc est Similitudo carnis, quia quamvis eadem caro sit, quaerit nostra. Et enim sanctificata in utero, et nata sine peccato et neque opera in illa peccauit. Deo enim Virginalis uterus electus est ad partum dominicum, ut in Sanctitate differet caro Domini a carne nostra. In causa enim similis est, non in qualitate peccati Substantie. Proprieta ergo similem dixit, quia de eadem substantia carnis non eamdem habuit nativitatem, quia peccato subiectum non fuit corpus Domini. Expiata est enim a spiritu sancto caro Domini, ut in tali corpore nasceretur, quale fuit Adae ante peccatum. Salua tamen sententia data in Adam. Prater has duas autoritates, alio decem ab eis citantur ex Ambrosio, quae nec expresse sunt nec fideliter relata, sed in multis corrupte. Eadem impressione.

S. Chrysostomus

6. Citatur Chrysostomus super Mattheum hoc paucum. Quamvis Christus non esset peccator, naturam tamen humanam de peccatrice suscepit

### Responso

6. Hic locus nullibi reperitur, nec in tam ualio operes Chrysostomi super Mattheum ultra determinata citatur homilia. Duo alia loca citantur ex Chrysostomo, que omnino universalia sunt, nec quicquam speciale habent de Beata Virgine.



Capitulum 5. S. Cusebio

7 Citatur S. Cusebius Cuiusdam in 2. Sermone Nativitatis Domini hac ratio: A peccati originalis nexu nullus immunis exstitit, nec etiam ipsa Genitrix Redemptoris. I. lolas enim Christus, licet de debilitate nascitur, ueris debito non tenetur.

Responsio

7 Hic locus non est Cusebius Cuiusdam, sed Cusebius, seu Cuchen Lugdunensis, enim aribuntur illa qua circumferuntur Homilia à Bellarmino, et resq uiris doctis. 2. Locus est uiciatus. Omittitur enim particula cattua per se. Ia enim habetur in omnibus Codicibus. A peccati enim nexu per se non est immunis, nec ipsa Genitrix Redemptoris. Ita enim in hanc auctoritatem nemo negabit. Maria enim non per se sed Dei gratiam fuit immunis a peccato. 2. etiam pars auctoritatis est. sic enim habetur in Textu solus ille, licet ex debito renascerem ueris debiti non tenetur. Habetur hic anchora in Bibliorum praeclarorum editiones Coloniens 1618. tom. 5. p. 1.

S. Remigius Remensis

8 Citatur a predotis super Psalm. Deus Deus meus regnate in me, sic dicens Beata Virgo Maria fuit ab omni macula peccati mundata ita ut conuixeret sine peccato homo Christus Iesus; sicut enim peccatum originis uenit statim in ipsa Concep<sup>ne</sup>re, ita et in principio Conceptionis. Divinitus uenti est unita homini illi per quod mundus ab ei peccato conceptus est. Detinet inquit Bandellus super Ieram ap. 2. et super epistola Pauli Rom. 8. et 2. ad Cor. 2. et ad hebr. 7.

8. Pradicti Remigij meminit Lovetinus in suo apparatu, et solum diu scripsisse  
super epistolas Pauli non uero super psalm. nec super Isaiam sed nec in Li-  
braria Sanctarum Patrum ult. adiecta Colonia ubi. S. Remigij opera continente  
aliud quis quam super epistolas Pauli reperitur. Alter Remigius Arsinodorensis  
scripsit super psalmos sed super illum psalm. Deus Deus meus, nec aliquod  
uerbum ex psal. habet, et sic in utroq. pte Doctoris deficiunt, et falso issant.  
Beuter autem scripsit super Isaiam, et sic etiam in hoc deficiunt: similes  
deficiunt in allegatione ex 2. ad cor 2. quia in illo capite Remigius nullus  
uerbum ex praallegatis habet, immo nec aliquid de peccato originali trahat.  
In alijs autem dictis locis scilicet ad Rom. 8. et heb. 7. loquitur in commu-  
ni de immunitate Christi non solum ab originali peccato, sed etiam ab actuali-  
bus, et dicit omnes fratres Christum, et originale habuisse in conceptu, et etiam  
in natali ex utero; et actualia habere in qua nullatenus potest B. Virgo  
comprehendi, que nec cum originali nata est nec actuali peccatu habet, ut  
Eccleria tenet.

S. Maximus

9. Citant sanctum Maximum Epum, qui floruit anno Domini 418. in  
quoddam sermone de Assumptione B. Mariae Virginis ac dicentes Beata  
Virgo Gloriosa fuit in utero matris sanctificata, et ab omni contagione mi-  
ginalis cuiusque antequam naperetur per spiritum sanctum mundata

Responsio

9. Tempus et dignitas designant Maximum Taurinensem, qui obiit anno 420.  
Sub Honorio, et Theodorio Juniore. Inter opera autem eius, que extant in  
bibliotheca Sacra nullus est sermo de B. Virgine, sed nec verba citata  
in alijs eius sermonibus reperiuntur nec aliud in iuridicium innau-  
lare Conceptionis avertit, sed potius multa in favorem

S. Beda



10. Citatur ab iisdem Beda homil. supermissus est, in haec uerba frater sanus  
inquit, superueniens in Virginem mentem eius ab omni uitiorum uide carbi-  
ficauit, et ab omni arte carnalis concupiscentiae eius temperie atq. mundauit.  
hac ille.

B

Responso

In hoc Testimonia intentionem, et litteram Authoris uitant; Ita enim  
habet in eodem loco: Superueniens in Virginem spiritus Sanctus de  
modis mea divina tua potentia efficaciam ostendit: quia et mentem illa  
deo quantum humana fragilitas recitur ab omni uitiorum sorte castifica  
ut calenti digna esset parte, et in utero ille sanctus ac uenerabile  
prouis nra corporis, sola sui operatione creavit: id est nullo interuenient  
uirili attatu carnem de carne Virginis saecularitatem de interrenata  
quem enim pirus aperte fructum claret dixit hunc ipsum denique  
Aleinimi nominauit: iuxta hoc quod Dns cum eiusdem spiritu  
ducentum discipulis promitteret ait: Et ego multo proximum Latinum  
in uos: Por autem redere in fruicte quod aegidio inuocasti uirtute  
Gumbrauit autem B. Dei genitici virtus Aleinimi; quia  
Sanctus cor illius cum impletus, ab omni arte concuiscientie carna  
temperauit, emundauit a deindeis temporalibus ac donis caleribus n  
ginus illius consecratius corpus. Ecce quomodo Santos Doctor Logus  
de tempore quo B. Virgo concepit filium Dei, et non de tempore  
ceptionis B. Virginis in utero Anna.

Idem S. Beda

i. Ciat eudem Bedam in Hom. 8. Grifanis sic dicentem: Ecce Agnus  
Dei, qui dicitur Ecce agnus innocens, et ab omni peccato immunis, ut  
qui de carne peccatrice nullam traxit maulam culpe. Hoc iste, inquit

Responso

ii. In d. Hom. quod habetur in tomo 7. operum Beda tales verba non  
pertinent sed neq; illis aequivalencia nec similia inueniuntur autem  
cap. p. Joannis non tamen sicut allegatur à Bandello fit enim  
Ecce agnus Dei ecce innocens, et ab omni peccato immunis (ut pro  
qui os quidem de omnibus) Nam sed nullam de carne peccatrice traxer  
maulam culpe.

Omittit uerba Intermedia ex quibus sensus manifestatur, et nihil contra Beatam Virginem colligitur. Alia quatuor loca que ex eodem Beda citantur Bandellus, et Petrus de Vincentia similiter etiam sunt infideliter relata et falsificata, et nullatenus immunitati B. Virginis a peccato originali contraria.

S. Anselmus

i2. Citant p̄tī Autores Sanctum Anselmum in lib. Cur Deus homo lib. 2. c. i7. sic dicentem. Nam sicut ipsa Christi conceptio munda sit, et ab omni carnalis delectationis peccato; Virgo tamen ipsa unde assumptus est in iniquitatibus concepta est, et in peccatis concepit mater eius, et cum originali peccato nata est, quoniam et ipsa in Adam peccauit, in quo omnes peccaverunt.

Responsio

i2. Per hanc uerba falso attribuuntur Anselmo. Non enim sunt illius sed cuiusdam Discipuli ipsius nomine Bonus, qui interrogatim illa Anselmo proponuit, tanguiā rationem sua dubitationis, qui quidem rite dixit. B. Virgo in peccato conceptam fuisse etiam dixit ipsam in peccato natam, quod neutrum potest Anselmo attribui cum sit contra determinationem Ecclesie. Insuper respondens ad principale quantum nihil agit de illo ratione sua dubitationis quam proponuit Bonus.

Et aliam autoritatem Anselmi respondetur; Neq; ex istis uerbis aliquid concludi, quia loquitur de munditia carnis à peccato quod erat in ea, non utique formaliter sed in oblatione per quam dicitur in peccatis conceperat, ut declarat ipse Anselm. expressè in lib. De Conceptione Virginali c. 7. propter quod dicit ipsam carnem mundatam fuisse quando Virgo sanctificata fuit in infusione animæ.

Idem



i3. Citant eundem Anselmum in suis meditationibus loquentem ad Deum sic; Anima gloriae Virginis Mariae in macula culpa orig. creasti: sed consequenter eam à primaria labe purgasti, et omniū munditiae deornasti, et in sanitatis punitate postea confirmasti.

Response.

13. In operibus Anselmi duo libri reperiuntur de meditationibus. Alter qui liber meditationum Anselmi alter dicitur liber de meditatione personis generis humani in neutro tamen illorum præcita uerba reperiuntur aliquod illorum negat alia similia, et sic falsio imponitur Anselmo testimonium. Atta quinque loca que citant ex eodem Anselmo: parsim non reperiuntur ubi citantur; parsim vero falsificata sunt

S. Erasmus

14. Citatur hic Sanus Episcopus, et Magister in Sermone Nativitatis B. M. sub his uerbis: ò felix puella qua concepta in peccato purificatur peccato, et proleas filium concipit sine peccato

Response.

14. Reppr nullibi fieri mentionem huius Sancti ab eis qui scriptores Ecclesiasticos, neq; ullibi aliquod eius præcitat reperi; unde non impicari possumus falsio ei imponi haec uerba

S. Ant. de Padua

15. Citatur in Sermone de Maternitate B. M. Virginis, sic: B. Virgo in uero matris a peccato per gratiam sanctificata ecclie peccata na-

Response.

15. Reppr. hoc certum non reperi inter opera huius Sancti neq; ullum sermonem eius de nativitate B. M. Virginis, uel in codicibus eius, uel manuscriptis qui seruantur in Virbe, in quibus nullum sermonem de Sanctis.

S. Thomas.

16. Sanctus Thomas citatur a predicis in multis sed præcipue in 3<sup>o</sup> p.

39 35

ar. 2 resp. ad 4. sub his uerbis: Beata Virgo Maria quia fuit concepta ex commixtione parentum originale peccatum contraxit. Hinc citant loca, quod omittimus, quia concedimus ipsum in aliquibus lois B. Virginem in originali peccato conceptam fuisse.



Responso.

16. R<sup>r</sup>. S. Thomam in hac controvressia uarium fuisse: licet enim loco citato hoc ferat: alibi tamen contrarium defendit maxime in p. Sent. d. 44. q. i. art. 3. ad 3<sup>m</sup> ubi dicit Ad 3<sup>m</sup> dicendum, quod puritas intenditur per recessum a contrario: et ideo potest aliquid creatum inueniri quo nihil purius esse potest in rebus creati, si nulla contagione peccati inquinatum ut et talis fuit puritas B. Virginis qua a peccato originali, et actuali immuni fuit. fuit tamen sub Deo in quantum erat in ea potentia ad peccandum. Hac ille. Idem confirmat in eodem p. d. 17. q. 2. ar. 4. ad 3<sup>m</sup> explicans illam autem Bertholdi de conceptu Virginali c. 18. scilicet B. Virgo ea puritate nituit, qua maior sub Deo negavit intelligi sic ait. Ad illud quod obicitur de B. Virgine dicendum est quod differt puritatis augmentum, et chantatis. augmentum enim puritatis est secundum recessum a contrario, et quia in B. Virgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo pervenit ad summum puritatis, sub Deo tamen, in quo non est aliqua potentia deficiendi, que est in qualibet creatura quantum inse est. Chantatis autem augmentum est per accessum ad diuinam bonitatem, et ideo non habuit B. Virgo summam chantatem, qua maior non potest intelligi: quia etiam proficit in charitate, et gratia. Hac ille.

Testimonium est manifestum p. quia dicit B. Virginem ita puram fuisse ab anni peccato, ut nungiam creuerit mea puritate creuerit autem si uel per unum instantem habuinet peccatum originale 2<sup>o</sup> quia dicit eam pervenire ad summum puritatis, sub Deo tamen, rationem assignans quare sub Deo puritas Virginis fuit, quia nempe in Deo non est aliqua potentia deficiendi, que in Virgine fuit ut prole creatura. Item Super psalm. 18. initia verba: In sole ponit tabernacula suum etc. ita ait; Deisti corpus suum ponit in sole, id est in B. Virgine, que

nullam habuit obnubitatem peccati cane. *Nota* pulchra es amica  
et macula non est in te.

Idem etiam in psalm. i. ad illa verba. Qui ingreditur sine macula etc.  
sed in Dño, et Virgine Maria nulla omnia macula fuit etc.  
Ecce qualuer in quatuor locis S. Thomas affirmit vel manifestiss.  
B. Virginem non habuisse peccatum originale quibus addendum est  
nunc idem probat eius ratio secundum in ipsa 3<sup>a</sup> q. 27. a contrario  
gata art. p. ex eo praequam probat nativitatem Virginis Sanctorum  
et sine peccato quia Ecclesia eam celebrat ergo idem diceret si nunc  
set uidens Ecclesiam celebrare festum Conceptionis de ipsa Concepti

S. Bonaventura.

17. Citatur S. Bonaventura in 3<sup>m</sup> Sent. d. 3. q. 2. ubi sic aut dicendum  
quod B. Virgo fuit concepta in peccato originali, et quod eius Sanctiss.  
Subiecta est peccati originalis contractionem. Hic modus dicendi em  
munion, et rationalib; et securior. Communior quia ferè omnes idem  
Rationalib; quia esse natura procedit esse gratiae, Securior quia  
consonat fidei, pietati, et Sanctorum auctoritatibus etc.

Responso

15. Reg. uerum est dicitur S. Bonaventura hæc dicere in loco alligato.  
mior factus, et in sanctis Latribus magis uenatus opifionum exp  
doruit pluribus in locis.

P. n. in sermone 2<sup>o</sup> de B. Virgine ad fin. tom. 3<sup>o</sup> probans expre  
doctrinaliter immunitatem Virginis a peccato originali sic ait.  
Dico primo quod Dns nra fuis plena gratia preueniente immu  
nificatione, gratia uilicet preservativa contra foeditatem origina  
culpa quam conterposset ex corruptione naturæ, nisi speciali  
preservatio preservatas fuisset. Solus enim filius Virginis  
ab originale culpa immunit, et ipsa mater eius Virgo.  
redendum est enim quod nouo sacrificio genere in eius conceptu

primordio Spiritus Sanctus eam a peccato originali, non quod infuit, sed quod insuerit, acdemit atq; singulari gratia praeseruauit. Hac ille.  
 Cui sermo quamvis Angelus de Roca dicat non esse Cancri Bonav.  
 eo solo fundam<sup>to</sup> quod in loco iam allegato ex tertio sent. dixerit Bonav.  
 B. Virg. em habuine peccatum originale) ceterum tamen est eue illius quia  
 ipse Bonaventura equivalentia habet uerba, et similia in p<sup>o</sup>, et 3<sup>o</sup> sermoni  
 de B. Virgine qui ab omnibus admittuntur tanquam illius, et in 3<sup>o</sup> sermoni  
 citat Bonaventura p<sup>m</sup>. et 2<sup>m</sup>, et quadam uerba citat ex hoc ipso loco,  
 ubi de immunitate a peccato originali agit.

In p<sup>o</sup> igitur sermone sic ait: Maria fuit purissima omni carens genitus maula  
 tam in corpore quam in anima. Inde ipsi soli conuenit illud tota pulchra es amica  
 mea, et maula non est in te. Non solum aut pulchra es amica mea, in quo no-  
 tare eam omnem pulchritudinem habuine hominis, sed addit, et maula non est  
 in te. In quo notat eam nullam maulam admisisse, ut sic fuerit summepul-  
 chra per omnis boni presentiam, et fuerit ab illa maula seruonis mali, et  
 culpe absentiam. Et hoc est, quod dixit. Anselmus decebat ut illius homi-  
 nis conceptus de matre purissima fieret et ea puritate eniteret qua maior  
 sub Deo nequit intelligi. Quid potest de ea duci sublimius! quid glorioius!  
 huc n. in tantum Deo maxima fuit tantus sanctitatis resplendens, et sic  
 in summo gradu honorum oium culmen obtinuit, ut creatura aliqua non unita  
 uerbo capax maioris boni sit. Hac ille.

Irem idem in opusculo contemplationis ad finem tom. 6. in quo uarias me-  
 ditationes per singulas hebdomadas ferias per flores et fructus distribuit  
 in meditatione feria secunda et habet.

### Flos Quintus

Ierusalym promotor prouidae maternae dignitatis

Ad nonam tres fructus attende.

Maria mirabilem conceptionem ab illa inquestratione

Quella mirabilis educationem in exemplum oblatione

Virginis mirabilem sponsationem Joseph copulatione. Hac ille

Irem idem in ueritulo Codice sermonum de sanctis anter cento annos exuerso qui  
 servatur in Conventu S. Stephani de Umis prope Civitatem Burgos



in sermone de annuntiacione B. Virginis tecum; quam ergo gloria  
Domini quae culpa canuit. Uniuersitate intellige de actuali, et originali

S. Bernardus

i8 Catur a pred. Sanus Bernardus in epistola ad Lugdunensium sic dicens. Beata  
non conceptum in utero iam existens sanctificationem accepisse creditor  
excluso peccata sanctam fuisse nativitatem non conceptionem.

Responso

R<sup>r</sup> quod Bernardus in p[re]mis verbis, et in tota epistola prefata ad Lugdunensem  
loquatur de animatione B. Virginis quam omnes nunc vocant. Contra  
sed de commixtione seminis genitalis, que vocatur prima concepcionis  
de nichil concludit contra immunitatem B. Virginis a peccato originale  
autem hoc uenire demonstratur manifeste p[ro] ex littera 2<sup>a</sup> ex in-  
Doctorum. 3<sup>a</sup> ex modo loquendi illius.

Ex Textu et littera

Primo quia reddens rationem Bernardus ob quam Hugo in concepcionis  
loquitur non potuit esse sancta, et rite preceato, ac prouide non debu-  
lebriani festiue a Canonicias Lugdunensis ita ait; Non forte inter amplexus  
maritales sanctitas se ipsi concepcionis immiscauit, uerius, et sanctificauit  
fuerit, et concepsa? nego hoc quidem admittit ratio et causa. Certe  
enim amplexus maritales solum reperiri in concepcione seminis genitalis  
fit ab hominibus: non autem in anima infusione, que immediate fit a  
longe post amplexus maritales, et sic etiam certum est quod non lo-  
quatur Bernardus de 2<sup>a</sup> concepcione; sed prima, ne dicamus cum contra omnem  
logiam et Philosophiam discurrere.

2<sup>a</sup>. idem ostenditur ex immediate sequentibus, quo talia sunt. Quomodo  
autem sanctitas ab ipso spiritu sanctificante? aut sancto spiritui suorum al-  
fuit? aut certe peccatum quomodo non fuit ubi libido non defuit?  
uerba necessario debent intelligi de concepcione seminis in qua tantum  
libido. hanc supradictum est, et sequitur evidenter explanatus uer-

qua breuitatis causa omittimus.

*Ex interpretatione Doctorum.*

De illa prima conceptione ante animationem loquuntur fuisse Bernardum docet p.<sup>o</sup>. Albertus Magnus in 3. d. 3. art. 4. ubi cum quoniam esset an caro B. Virginis sanctificata fuerit ante animationem respondet: Dicimus quod B. Virgo non fuit sanctificata ante animationem et qui dicunt oportet est heres damnata a B. Bernardino in epistola ad Lugdunenses.

2<sup>o</sup>. Sanus Bonaventura idem docet in 3. d. 3. q. i. dicens: Et ideo hoc quod dicit Bernardus ad Lugdunenses ante conceptionem minime sanctificari potuit quod non erat exponendum est secundum animum: erat enim in parentibus secundum carnem causaliter: sed illud esse non sufficiebat ad sanctificationis gratiam que resipicit animam.

3<sup>o</sup>. eodem modo intelligit Bernardum Alexander Averrois 3. p. 2. q. 9. membro 2. art. 2. in fine sic dicens; sed conceptio sequitur ad coitem, et resipicit natura mouentem, et non voluntatem Conceptio enim dicit commixtionem, qua est in principiis seminalibus uiri, et mulieris, qua commixatio fit per naturam et ideo naturaliter est mouens coniunctum in conceptione a parte autem illius commixtio est libido, et propter hoc dicit Bernardus, quomodo peccato non fuit ubi libido non defuit.

4<sup>o</sup>. eodem modo intelligit Bernardum Sanctus Thomas in dist. 3. q. i. art. i. querens utrum B. Virgo fuerit ante sanctificata, quam conceptio eius finiretur; respondet: Ad primam ergo questionem dicendum quod nullo modo in parentibus sanctificari potuit nec etiam in ipso actu conceptionis eius et c. probans ait hoc, concludit sic, et ideo hic in statu uirginitatis curati non fuerunt, ut problem suum sine originali peccato concipere posse, et ideo B. Virgo in seculo originali fuit conceptio propter quod B. Bernardino ad Lugdunenses scribit: Conceptionem illius celebrandam non esse. Cae quomodo primarii quatuor Doctoris antiquiores in scola theologorum intellegant Bernardum loqui de conceptione qua est ante animationem, ita etiam Scopus in 3. d. 3. q. 8. et in articulo quatuor et c. intelligit loquuntur Bernardum.

*Ex modo loquendi*

Quoniam autem tunc fuisse uenit, et modum loquendi, ut conceptionis dicit pro fisco



uel commixtione seminum, et non pro animatione summeatur pater  
ex quatuor predictis Doctoribus, qui in predictis locis, et alibi semper  
Conceptionis intelligent foetus formationem in commixtione seminis. Ex  
Anselmo lib. de Conceptu Virginali, ex peccato orig. c. 7. per etiam  
exprimitissime id declarat, et probat, et intelligit de illa p. d. Conceptione  
Job. 4. quis potest facere mundum de immundo conceptum remin  
istud psalmi quinquagintauii; Ecce enim in iniurias conceperunt  
in peccatis concepit me mater mea et ca

Idem

19. Secundo dicunt eundem sanctum sermonem de assumpta in hac uerba. B.  
Virgo Maria omnimode constat ab originali peccato sola Dei gratia  
quam narederunt sine mundutam. Hac ille.

Responsio

19. Respondet quod ex istis uerbis nihil concluditur truncatim enim posita  
et tacentur antecedentia ex quibus sensus illorum, et intentum car  
Dicitur colligitur, qui ibi probat B. Virginem non indigne scop  
iderit poenitentia eo quod non habuit peccatum actualis; abs enim  
originali etenim dominum intellegi uolens spiritus natus non incongru  
tentiam, qua malum utique comittatur. Absit n. ut proprijs quid  
inquinamenti domus haec aliquando habuisse dicatur ut in ea ma  
scopat alii quereretur etc. post quae uerba immediate subiicit de pe  
ccato orig. et probat quod etiam originale habueret adhuc tamen poenit  
non indigeret, quia tale peccatum per solam gratiam remittitur, ac  
cepit in utero; sicut in B. Virgine et Baptista, uel in baptismo  
in nobis contingit, nunquam tamen per poenitentiam. Proba sancti I  
hesus; Quod si originalem a parentibus maiulam traxit (ecce quoniam  
conditionabatur, et non absoluere avertitur de peccato originali), sed minus a  
sanctificata in utero, aut non magis a Joanne spiritu sancto repletum  
prohibet pietas Christiana. Hoc enim festinus laudibus natus hon  
oratrem cum omnimodo constet ab originali contagio sola gracia mundat

esse Mariam quippe cum, et nunc in baptismate sola hanc maulam lauit  
gratia, et sola eam raserit olim pietra circumciditionis, ut omnino prium est redere  
proprium Maria delictum non habuit, nihilominus ab innocentissimo corde  
etiam poenitentia longe fuit. Et ea Caequaliter ex contextu constat predicta  
verba non assertive à Bernardo posita esse, sed ex suppositione conditionali ad  
probandum suo intentum, scilicet quod in Maria poenitentia non fuit.

Praterea dato quod non conditionare, sed assertive loqueretur nihil obseres, ex eo quod  
dicat mundatam esse à peccato originali per solam gratiam, quia hoc non respondeat  
peccatum contrarium in anima sed offendit necessitatem gratiae, quo licet  
preueniat culpm, recte et proprie ab ea mundare dicitur, que alioquin inesse  
secula gratia. Sic enim B. Virgo dicitur mundata à peccatis, et conve-  
nientijs actualibus, quo nunquam infuerunt, ut Beda loco supradictato as-  
sertit Thom. Super misericordiam eius dicens quod spiritus sanctus mundauit eam  
à deindeijs temporalibus, castificauit ab omni arte. Et D. Thom. 3. p. 3. 27  
art. 3. dicit sic; Spiritus Sanctus in B. Virgine purgationem fecit  
quasi preparatoriam ad Christi conceptionem, quo non fuit ab aliquo  
impunitate culpa, vel formis, sed mentis eius. magis in unum colligens  
et à multitudine restollens nam etiam Angeli purgari dicuntur in quibus  
nulla impunitas invenitur, ut docet Dioninus c. 6. Ecclesiastice hierarchie  
par. 3. Ex quibus constat quod Bernardus nullatenus suffragatur opinioni  
contraria, pricipue cum in multis alijs locis expresse dicit B. Virginem  
non habuisse peccatum originale.

S. Bernardinus Senensis



20. Citant predicti Autores Sanctum Bernardinum Senensem in tertio opere suono  
Sermonum quod incipit ignis à facie eius exaruit in tract. de B. Virgine  
serm. 4. incipiente, sicut sol oriens in mundo, ubi sic ait; Tertia fuit san-  
ctificatio maternalis, et ita removet culpam originalem, conferit gratiam,  
et removet morticitatem ad peccandum tam mortalius, quam uenialecer  
et haec fuit in Virgine matre.

Responso.

20. Respondeo Sanus non solum non est expressus ad probandum peccatum originale in B. Virgine (sicut ipsi affirmant) uestrum ex ipsis conceatur gitter contrarium, ne enim ait Sanus in verbis immediate hebreos Vnde Deus ipse aeternus, sicut mira sua Sapientia creauit omnia si benedictam matrem suam talem condidit, et Sanctificauit in tempore eam Sanetam elegit in sua eternitate, et talem tam nobilitatem quam perfectione gratie condidit matrem, qualiter eum decebat habere suam glorioissimam maiestatem etc.

Potest quia idem Sanus expresse docuit alibi B. Virginem immunem a peccato originali in sua conceptione in tomo enim primo operum sermone quinquagesimo secundo, qui inquit (igitur art. explicans illud) uerbum Salutationis Angelica (fue) sic ait; etiam modo in Virgine per fue natura excellentia rotatur, quia a tripli uae immunit fuit scilicet concupiscentia, culpa et poena. enim B. Virgo sine primo uae, hoc est, sine tyramno concupisca peccati originalis, quia sine eo concepta est sicut festi Salomon et didicimus, qui ait Ecce pulchra es amica mea, et manuas (scilicet originalis culpa) non erit in te. et hoc ille.

Serm. tom. 4. serm. 49. de amore gloriose qui inquit Ecce quam bonum sed quia Christus non decidit in aliquo peccato conceptionis nec actualiter similiter B. Virgo ideo non dicuntur surgere, sicut omnes ceteri homines qui ceciderunt et cadunt ab Adam circa per peccatum originale. Verum B. Virgo fuit concepta in peccato originali Ecclesia non datur magis prius est credere quod non fuisse in peccato concepta quam quod sic. et hoc ille. Impressio Veneta i. 591.

S. Vincentius Ferrer

21. Citant Sanum Vincentium ferreri tangam pro se expressum in sermone de conceptione Virginis ne dicentem B. Virgo Maria fuit in originali concepta. Sed eadem die, et hora statim post animationem fuit per

43 39

a peccato contra tu munda, et ideo additie Bandellus, et Lamy de Vincentia  
festum hoc debes referri ad Sanctificationem, et non ad Conceptionem. Hac ille  
Iudicavit in sermone Sancte Anna, et Nativitatis B. Virginis

Responso.



2. R. iste locus uiciatus est ita enim Sanctus ait Lexus <sup>de</sup> gratia, et super oēs  
alios est Sanctificatio Virginis Marie, quia non quando debuit nasci, nec in  
ultimo die, nec hebdomada, nec mense: sed in eodem die, et hora formato cor-  
poore, et anima creatu, quia tunc fuit rationabilis, et capax Sanctificationis  
fuit Sanctificata hanc ille. Et paulo inferius sic ait quando corpus gloriose  
Virginis fuit organisatum, et stratum, et anima coniuncta corpori per  
creationem tunc ~~afflatus~~ sanctificauit tabernaculum nunc. Hac ille.  
Ecce qualiter omnia pene sunt uerba mutata.

3. falsi imponunt Sancto quod dixerint festum hoc non esse referendum ad <sup>concep-</sup> Concep-  
tione, quia ipse in columna antecedenti ad predicta uerba sic ait Quinta Concepio  
est materialis, quando B. Anna in utero suo sancto ipsam concepit,  
et de ista fit hodie Solemnitas. De nullo Sancto fit festum Conceptionis  
nisi Christi, et Virginis et cetera hanc ille.

3. Deficiunt quatuor idem affirmant dicere Sanctum Vincentium in sermone  
B. Anna ibi enim ita Sanctus auerit. In utero formato corpore  
et creato spiritu a Deo in eadem die, et hora fuit Sanctificata. Novem  
mensibus fuit in utero matris Sancta, et benedicta hanc illa in quibus nulla-  
men dicit Virginem fuisse in peccato originali.

Deficiunt in quantum asserunt idem haberi in sermone Nativitatis in p.  
enim sermone sic ait; Ego quan uitis secundus fuimus Christi fuit Sancti-  
ficatio spiritualis, nam in Conceptione Domini Iesu Christi simul in instanti  
concurserunt quatuor uiles corporis formatio, anima creatio ueniesque  
sanctificatio patrum quoniam ad humanitatem, quia ut fons totius San-  
ctificationis in summa Sanctificatione creata est super omnem uiram  
creaturam. Similiter uirgo fuit frumentum Sanctificationis non dico aqua-  
buc nec ipsa dicit. Ego quan uitis scilicet quia non in instanti eius  
corpus fuit formatum Cetero. Ideo quando eius corpus fuit formatum, et

anima creata et infusa: quia ita dicitur Conceptio geminis, quae est pro  
quia Conceptio Seminis imperfecta est non expectavit Deus nou-  
mense nec unum nec etiam secundum unum, immo creditur quod  
hora fuit sanctificata super omnes Santos, et Sanctas, et etiam Angelos  
quibus non dicitur B. Virginem conceptam fuire in peccato originali  
potest colligi ex eo quod dicit Sanctificatam fuisse: nquidem affectu  
natura humana Christi Domini fuire Sanctificatam, eiusq; Sanctorificati  
Conceptione compareat Sanctificationem Conceptoris Virginis.

Nec illis fauente verba ab eis citata in Sermoni 2. de ead festo  
ait Sanctus ibi: Quinta clausula est dicit Deus fuit lux Ecce bona  
genitrix Maria et ea ex paulo inferius ait Lux dicitur illa benedicta ge-  
nitrix Maria, quia unde tenebra culpa facta est Ecce et infor-  
maula est Et facta est Lux. Ecce sanctificatio Virg. Mariae non  
quod fuerit sicut de nobis qui in peccatis concipiuntur, et nasci-  
nutrimentum, quiarsi ante baptismum fuissimus mortui, damnari  
symbolo intellige: sed statim postquam corpus fuit formatum, et  
creata fuit sanctificata. ideo fit festum de eius conceptione,  
facta est Lux scilicet sanctificationis meae, et statim angelis in celo  
festum conceptionis. Ecce qualiter exprenit dicitur conceptionem B.  
sanctificatam fuire, et ideo festum concepti cuius non sanctificationis  
geli celebratum fuire. Impressio Veneta 1496.

Sedulius.

22. Cuius idem Sedulium in proemate Evangeliorum sic dicentem.  
Agoniam nata prior uitator rasebat  
subditione neies Christo nascente renata. Hecille.

Responsio

Respondetur hunc locum turpiter corruptum, et uitiatione esse ut  
Sedulij lib. 2. de opere Paschali quod illi carmen Evangeliorum  
sunt haec.

44

40  
Co-velut e spinis molles rosa surgit acibus  
Nil quod dedit habens, matremq; obscurat honore;  
Sic Avis de Ripe Sacra ueniente Maria  
Virginis antiqua facinus noua Virgo piaret  
Ut quoniam natura prior uiciata iacebat  
Sub dilectione neli Christo nascente genui  
Conseruare hoc ecce hoc ille  
Ecce qualiter uitauit Carmen mutarunt verba et sensum.

Albertus Magnus

23. *Critica Albertum magnum in 3. sent. d. 3. sub his verbis:* Dicimus inquit  
B. Virginem contraxisse originale peccatum nec fuisse sanctificata ante  
Conceptionem nec in Conceptione sed post Conceptionem dicere autem oppo-  
situm est heretis condemnata a B. Bernardo et ab omnibus magistris  
Paris. hoc ille



Responso.

23. *Respond. hunc locum esse pietatum verba enim Alberti sunt (art. 4. cui  
aculus foret B. Virginis fuit sanctificata ante animationem vel post)  
Solutio.* Dicimus quod B. Virgo non fuit sanctificata ante anima-  
tionem et qui dicunt oppositum est heretis condemnata a B. Ber-  
nardo in epistola ad Lugdunenses, et a magistris omnibus Paris.

*Ifi sunt illi me Dni Sancti quos pro opinione sua Laeti Domini-  
cani adducunt sanguinem sentientes, et dicentes expresse Virginem conceptam  
esse in peccato originali. Quia fieri potuit breuitate responsum opponi-  
mus corruptelam etiam, et falacionem in eos communiam adnotavimus;  
accidens euimus nullum Immaculata Conceptioni prejudicium  
adferre; ut quorum auctoritates plenius fallitarentur, vel ad propositionem  
non facientes conuersi auctoris ipsius sententiam, et intentum uiolentem, et  
irreuerenter decore.*


*Reliqui autem Sanctorum quoniam locutiones sunt uiles multaque speciem*

11  
de B. Virginis Conceptione loquuntur (quamvis illi tanquam ex  
testis eos citent) eamdem patiuntur violentiam vel falsatio  
manifestas, ut ostendemus in aliis particulari informatione  
nomina sunt.

- |                            |                              |
|----------------------------|------------------------------|
| S. Origenes                | S. Gregorius Nazianzenus     |
| S. Athanasius              | S. Hilarius                  |
| S. Theophilus Alexandrinus | S. Eusebius                  |
| Evangel. Episcopus         | Joan. Campanus               |
| S. Gregorius magnus        | Iustinus Episcopus Bithynius |
| S. Julianus                | Abraham Sines                |
| S. Hieronymus              | S. Theodoreus                |
| S. Ireneus                 | S. Ephrem                    |
| S. Ciprianius              | S. Crispinus                 |
| S. Nepicius                | S. Propper                   |
| S. Symphorus               | S. Maximus                   |
| S. Gregorius Nisenus       | Boenus                       |
| S. Joannes Damascenus      | Candorius                    |
| S. Basilius                | S. Cesarius                  |
| S. Theodoreus Thebanius    | S. Iridon                    |
|                            | S. Andrea Hierosolymitanus   |



48 41



46 42